HIERONYMVS BRVNELLVS SOCIETATIS IESV

Græcarum litterarum ſtudioſis adoleſcentibus ſalutem.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΝ ΚΡΗΤΗΣ 11253

QVONIAM multos iam annos Romæ præſertim Græcorũ librorum inopia laboratur; vt veſtris hac in re quoque rationibus conſuleretur; percommodũ eſſe viſum eſt, ſi ex probatiſſimis quibuſque ſcriptoribus tum ſacris tum profanis pulcherrima quæque opuſcula deligerentur, veſtriſque ſtudijs maxime qui eloquentiam pietate iungitis, accõmodata. Quare cũ hoc eſſet mihi negotium à meis moderatoribus datum, curaui vt vobis hoc anno primum volumen ederetur: quo nonnullæ potiſſimum orationes & epiſtolæ continerentur patrum grauiſſimorum, qui ſint inter omnes tum ſanctitate morum, tum eloquentiæ doctrinæq. laude facile principes. quarum etiam orationum aliæ nondum quod ſciam in lucem hominum conſpectumque prodierant; aliæ nõ niſi in magna illigatæ volumina & apud paucos extabãt. Deinceps autem ex Gregorio Nazanzeno, Theodorito, Cyrillo Alexandri-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΚΡΗΤΗΣ